

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censvris, In Qva Sex Dispvtationibvs De Poenis Ecclesiasticis, déque
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

8. Qua ratione tui & tuorum bonorum defensio te ab irregularitate
homicidij excuset.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76667)

Disputatio VI.

simplex non ex vi Conc. Trident. sed ex cap. 2. & cap. ad al-
densem de Homicidio, quæ potestas à Concil. Trident. re-
stituta non est, sicuti tradit. Nauart. cap. 27. num. 240. Sayrus
lib. 7. cap. 7. n. 20. Henr. lib. 14. cap. 19. num. 2. Aula disp. 6.
sct. 5. dub. 2. Layman. lib. 2. sum. sct. 5. tract. 2. part. 3. cap. 12.
affir. 6. vbi relatis Nauart. & Aula, subiungit posse Episco-
pum dispensare cum huicmodi homicida ad retinendum be-
neficium curatum antea obtentum.

VIII.

Qua ratione tui, & tuorum honorum defensio
te ab irregularitate homicidij
excusat?

- 1 Defensio persona propria ab hac irregularitate excusat.
- 2 Aliquibus plures te ab irregularitate excusari, si occidas in
tui defensionem, amoris occasionem aggressori per iniustiam
dederis. Sed probabilius videtur oppositum.
- 3 Quando te defendere posses mutilando, si occidas irregulari-
tate.
- 4 Commune sententia affirmat, si occidas inuasorem po-
tentem eius agressionem declinare fugiendo, te irregulari-
tatem esse.
- 5 Oppositum probabile est, cum fuga tibi est ignominiosa.
- 6 Negant plures defensionem directam honorum temporalium
ab irregularitate excusare.
- 7 Verius videtur oppositum.
- 8 Satis fundamenti contrariis.
- 9 Quovis licet ut aggressorem interficere non est locus irre-
gularitatis.
- 10 Irregularitas contracta ex excessu defensionis, non est con-
sanda irregularitas ex homicidio voluntario, sed casua.

Quamvis spectato iure antiquo controversum fuerit, an
defensio excusat ab irregularitate: certum tamen est
post Clement. si furiosus de Homicidio, defensionem persona
propria ab illa excusat, quia ab irregularitate contahendan-
te ex homicidio priuata authoritate facta requiritur cul-
pa. ut supra probavimus & Iep. repetit. Coartr. in expo-
sit. predicta Clement. præcipue 3. p. in fine. Sed cum necessi-
tatem tibi est occidere aggressorem, ut propriam vitam, vel
partem ut corporis defendas, nullam culpam committes il-
lum occidendo.

Aliquibus placet inter quos est Sylvest. verbo homicid. 3. q. 4:
Armillia, verbo irregularitus num. 42. Tabiena num. 24. Soto
lib. 1. de infi. q. 1. art. 9. col. 5. Henr. lib. 14. cap. 10. numero 3.
in fine. Mercado lib. 6. de contrast. c. 4. pag. 11. vers. offe tristis-
gio. Petri. Nauart. lib. 2. de refut. 47. 3. par. 2. dub. 14. Aula 7. p.
disp. 5. sct. 3. dub. 1. in fine. & dub. 3. conclus. 1. Gaspar Hurtado
disp. 2. de irregular. d. difficult. 10. num. 3. existimat te ab irregu-
laritate excusari occidens in tua defensionem, tametsi occa-
sionem aggressori per iniustitiam dederis verbi gratia alapa-
cam percurriendo, vel adulterium cum eius vxore commis-
tando, vel consumeliosi afficio, quia iniurias volens
erant in continentia se propria autoritate vindicare, reque
occidere iniustitiam committat proinde licet tibi eam iniu-
stiam propulsare, quod si alia via non potes nisi illum
occidendo, licetibz tibi illum occidere. Ergo illa occisio
non est tibi peccaminosa. Ergo non potest inducere irregu-
laritatem ex homicidio iniusto. Quod verum est, in-
quit Aula, etiam hoc periculum prævidisse; quia ea
præsumit non tollit potestatem te ab iniusto aggressore
defendendi. Neque est simile de ebrio, & amante qui
ante ebrietatem videt periculum occisionis futuræ, neque
illud causa; quia ebrios est totalis causa, & iniusta homici-
di. Tu vero adulterium committens, vel consumeliosi ver-
bis, aggressori officio non es causa homicidij ipsius, sed
ipsi injuriatus aggrediendo censetur causa tui mortis, cum
cessans ab aggressione, quod facere tenebatur, posset mortem
vitare. Sed quamvis haec probabilia sint, probabilius est quod
superioris 5. principio docui ex communis sententia te fore irregu-
laritatem, si prævidisti periculum homicidij, nec præca-
visti; nam esto homicidium illud in se, & immedietate licet
sit, et tamen in causa illicitum, & iniustum, concurre-
re autem ad homicidium iustum apponendo causam iniu-
stiam reus homicidij censendum est, & consequenter irregu-
laris.

3 Dixi te non contrahere irregularitatem, quando occisio
necessaria est ad tui defensionem, nam si te ab aggressore de-
fendere posses illum mutilando, vel tantum debilitans, & occi-
deres, irregularis es; quia ea occisio necessaria non est, ac
proinde est illicta, & iniusta, ut notavit Sylvest. verbo ho-
mocid. 3. q. 4. in princ. Henr. cap. 10. num. 2. Suar. disp.
46. sct. 1. numero 8. Aula 7. p. disp. 5. sct. 3. dub. 2. conclus. 3.

Punct. XV. §. VIII.

225

Gaspar Hurtado disp. 2. de irregular. diffic. 10. n. 3. & colligitur
ex Conc. Trid. sct. 14. c. 7. de reformat.

Ex his venit decidenda quæstio, an si occidas inuasorem
potest eius iniusionem declinare fugiendo irregularis sit
Affirmant Glæla. Clement. si furiosus verbo non valens. Im-
mola ibi. Panormit. cap. olim el. 1. de restitut. spoliator num. 18.
Sylvest. verbo excommunicatio 6 q. 4. Nauart. lib. 5. consilior. tit.
de homicidio cons. 7. n. 4. edit. 1. & cap. 27. n. 2. 11. Maiol. lib. 5.
de irregular. cap. 48. n. 6. Henr. cap. 10. num. 3. Aula 7. part.
disp. 5. sct. 3. dub. 2. vers. ex dictis. Layman. lib. 2. sum. sct. 5.
tract. 3. par. 3. c. 9. affir. 3. Mouentur quia in dicta Clement. se
furiosus sollem excepitur ab irregularitate qui suum inuasorem
occidi non valens alteri aggressionem declinare. Hac sen-
tentia procedit causa quo fugia tibi periculosa non sit;
nam si probabili te periculo vita exponas fugiendo, iam
fuga non est iniustum a declinandum aggressionem & illius
periculum, si quidem fugiendo in simile incidis, ut recte Syl-
vest. & Aula supra notatutum.

Verum est hæc sententia probabilissima sit, & communis
Doctorum consensu recepta, censeo valde probabilem
oppositam, scilicet te non incurrite irregularitatem occi-
dendo inuasorem, etiamsi indeinem seruat posses fugiendo,
si ramen fuga tibi esset ignominia. Quid docuit Co-
maruu. Clem. si furiosus 3. p. 8. unico. num. 1. Et 4. Petri. Nauart.
lib. 2. d. refut. cap. 3. num. 418. Suar. disp. 46. sct. 1. n. 6. Coninch.
disp. 18. dub. 9. in fine. Gaspar Hurtado de irregular. dispu. 2.
difficile. 10. num. 17. Moveor quia non peccas occidendo
siquidem noui tenetis fugere cum tanto tu honoris detrac-
mento. Dixi si fuga tibi sit ignominia, sciri solet esse militi, vel
nobili scutati publice prouocato. Nam si clericus es, vel
religiosus, quibus nullo modo indecora est fuga, absque
dubio irregularis es; occidens, si moriens fugiendo vitare
posses. Vt aduerit Glossa in dicta Clement. si furiosus. & cap.
iustificatus de Homicidio. Panormit. cap. olim el. 1. de restitut.
spoliator. Aragon. 2. 1. q. 6. art. 1. col. 1. Sotus lib. 5. de infi. q. 5.
art. 8. circa finem corpor. Suar. disp. 46. sct. 1. numero 5. Aula
atip. 5. sct. 3. dub. 2. Coninch. & Gaspar Hurtado loc. allega.
Idem inquit Sotus. Suar. & Coninch. est, si tu sis ignorans
vel iniusta sortis, vel aggressio nocte contingit, nam in his
eventibus fuga non est notabiliter indecora; ideoque leuis
illud honoris detrimentum sustinendum est, ne proximus
occidatur. Et ob eandem rationem meritò Suar. & Coninch
existimant, si tu occasionem rixa, & aggressioni dedicas, vel
verbis consumeliosi, vel adulterio aliave iniuria te occidere
non posse inuasorem si fugiendo vales te defendere, quia
fugiens nullum, vel leue detrimentum honoris patet, quod
ob iniuriam datam suffinere debes, media namque iniuria in
illud discrimen te constitutisti.

Neque obstat aduersus hanc doctrinam Clement. si furio-
sus; nam esto non excipiatur occidens inuasorem qui non
potest absque ignominia mortem vitare, exceptum ramen
in communis regula, que solum homicidio illicito, & iniu-
sto habe irregularitatem imponit. Præterea ob similitudinem
rationis hæc exceptio honoris admittenda est, sciri ad-
mittitur exceptio de ebrio, tametsi in Clement. solus furio-
sus excipiatur. Addo in predicta Clement. apollaram esse ex-
ceptionem que certa erat, & apud Doctorum indulbitata, al-
terum exceptionis disputacione relinquuntur, ut ex dicendis
constabit.

Gravior dubitatio est. An defensio directa bonorum
temporalium, quorum iacturam vitare alia via non potes
quam occidendo aggressorem, ab hac irregularitate homici-
dij te excusat? Negant graves Doctorum, Panormit. aliisque
Canonistæ in cap. 2. de homicidio. S. Antonii. 3. p. 11. 4. c. 3. S. 1.
Sylvest. verbo homicid. 2. Nauart. cap. 15. num. 4. & cap. 27.
n. 11. Et seqq. Henr. lib. 14. c. 1. n. 3. Gutier. canon. 9. lib. 2.
cap. 6. num. 61. Molina tract. 3. disp. 7. 2. num. 3. Salom. 2. 2. q. 6. 4.
art. 8. controver. 2. Aula 7. p. disp. 5. sct. 3. dub. 4. in conclusa
vbi oppositam sententiam parum probabiliter habere cen-
sat Paul. Layman. lib. 2. sum. sct. 5. tract. 3. par. 3. con. 9. affir. 3.
& alii apud Petrum Nauart. & Suar. aliosque Doctorum pro
nostra sententiæ referendos. Dicuntur primò, quia in dicta
Clement. si furiosus solum excipiatur ab irregularitate occidens
in defensionem proprie vita, non autem occidens in defensio-
nem rerum temporalium. Secundò in cap. intercessio de
Homicidio excusat ab irregularitate qui se laqueo defendens
occidit. Ergo si non te defenderes, non excusatetur. Terziò
in cap. si perfidus codem sit. dicitur furem nocturnum licet
posse interfici, scilicet diuinitus, quia potest constare quod ad
furandum, & non ad occidendum venisse. Indicatur ergo pro
furto impediendo non posse latronem interfici, bene tamè
pro defendenda vita. Quartò in c. sesquipedalis de Homicidio im-
ponit irregularitas ei qui latrones furantes occidit, & sub-
dividit. Quoniam expedebat post unicam veliquem pallium, & rerum suffinente iacturam, quam pro conservandis
rebus viibus, & transitoris in alios tam acriter excedere.
Quinto in c. significasti el. 2. de homicidio, indicatur irregularis
clericus in defensionem rerum Ecclesiæ latronem percussem;

si vulnus inflictum lethale fuit, ergo fortiori iudicaretur irregularis, si illud vulnus in defensionem suarum rerum inflixeret. Ratio autem sumitur ex eo, quod irregularitas contracta in defensionem iustum rerum temporalium non est irregularitas ex delicto, sed ex defectu; deficit namque occidens a perfecta representatione Christi, qui pro aliorum salute se & sua obtulit. Et licet ab hac significacione deficiat occidens in defensionem proprie vite, nihilominus excusat ab irregularitate debuit ob grauam & strictissimam necessitatem proprie vite conseruanda. Deinde ab irregularitate excusat propriorum bonorum defensione, etiam conuentiles & cooperantes huic defensioni excusatbuntur. Hoc autem non videatur admittendum, alias milites in bello defensione propriam occidentes excusatbuntur ab irregularitate incurrienda contra rexum in capitulo de Homicidio.

⁷ Nihilominus propriorum bonorum defensionem ab irregularitate hoc homicidi, & mutilat ois accusate verius exilium, & in praxi tuncum, & secundum. Sicut docuit Alfonso de Castro lib. 2. de lege penal. cap. 14. Inclini Couarrua. Clement. si furiosus. p. num. 6. circa finem. Faut. Sotus lib. 5. de iustitia. q. 1. art. 8. Et defendit absolutè Peu. Nauarr. lib. 3. de restitu. cap. 4. num. 4. 8. Sayrus lib. 6. cap. 17. à num. 22. Suar. de censur. disp. 46. sect. 2. à num. 4. Lessius lib. 2. ne iustitia. cap. 9. dub. 11. num. 73. Coninch. disp. 18. dub. 9. num. 8. & 8. Filliue. tract. 20. cap. 5. 9. 6. num. 146. & 9. 7. num. 149. Bonac. de irregular. disp. 7. 9. 4. p. 6. num. 10. Galp. Hurtado de irregular. disp. 2. difficult. 10. & alii. Et colliguntur ex capitulo 50. dist. vbi guidam Episcopum a Saraceni captiuos aliquos ex illis & libertatem defenderet interfecit, de quo casu Vrbanus II. inquit: Sed quoniam non tua sponte id fecisse cognoscere, inde canonice nullo modo indicari. Infurit ergo manifestè non solum pro defendenda vita, sed pro defendenda libertate licitam esse interfectionem absque periculo canonici impedimenti. Ratio vei defunxit ex eo quod irregularitas ob defensionem significacionis tantum imposta est occidentibus, & mulieribus auctoritate publica, non autem illis qui priuata auctoritate mulieribus vel occidentibus, & autem irregularitas indicatur non praescit in defensione significacionis, sed in paenam delicti committi. At qui proprium honorem, bonaque fortuna alia via defendere non potest nisi occidendo inuasorem, nullam culpam in ea occisione commitit. Ergo non subiicitur irregularitatibz ob culpam indicie.

⁸ Neque obstante contraria sententia fundamenta. Ad priuatum factorem in Clement. si furiosus solum excepit defendentem propriam vitam, quia id certum, & indubiatum est, sed non inde infurit defendentem propria bona excusat non posse, alias non excusatorem defendens se à mutilatione, vel vulnera non lethali, siquidem hæc defensio in dicta Clementin. non excipiunt, cum tamen communis sententia hanc defensionem ut legitimam excusationem admetat.

Ad secundum ex capitulo 50. responeo ibi excusat ab irregularitate qui se, si uaque defendens occidit inuasorem, non tamen inde licet, colligere defendentem res suas si occidat, esse irregularis, alijs forti irregulari s' defendens se tantum, & non sua. Quocirca existimo illud signum & non copularius, sed disjunctum accepientem esse, ita ut faciat hunc sensum: Qui se defendit, & etiam qui defendit sua, non est irregularis occidendo. Quan explicationem colligitur, supra n. 5. & Coninch. num. 90. ex Textu in capitulo de iustitia: vbi absoluendum dicitur à vinculo iuramenti qui illud fecit iniurias pro vita, & rebus secundum.

Ad tertium defensum ex capitulo 50. respondere dicto cum Couarrua. p. 3. p. 3. 6. vniuersitatis. num. 6. vers. Septimò, te posse regulariter impunis, & absque irregularitate ut more occidere futrem nocturnum; quia tibi non constat, an possis futrum impedit absque occidendo, vel quia non constat, an venient ad forandum tantum, an etiam ad re occidendum. Secundus procedit in fure diurno. Hic enim statim cognoscitur, an impedit, cum potius à furo fure tuo periculo. Differentia ergo furis nocturni à diurno sit in eo, quod furi nocturni regulariter absque illius occidendo non potest à furo impediti, quia telo inuidit impedites, secus diurnos ac proxime nocturnos iuramenti praefumit cum moderatione inculpatetur, interficere secus interficiens diurnum, id est probare debet non potius aliter futrum impediti.

Ad quartum ex capitulo 50. dico manere clericum in illo calu irregulari, quia ob vanum timore mortis occidit latrones, quos iam ligatos habebat, & in vindictam furti iam recuperati. Unde merito papa Pius IX. ministerio altaris abstineret, quia tam grauiter ob futrum factum rerum temporalium, quia iam recuperata erant exarist in latrones, cum potius expediret post tunicam celiq[ue] pallium, & retinere sustinere iacturam, quam ita grauiter exardestere. Notandum enim est verbum exardestere, quod vindictam, & non defensionem significat. Neque enim ibi necessaria erat defensio, siquidem latrones ligandi erant, & auctoritate publica coherendi, si aliquis dannum ex illis solitus tamceretur.

Ad quintum ex capitulo 50. significasti, eodem modo respondemus merito iudicari Presbiterum illum irregularis, si vulnus lethale infixit, quia poterat facile futrum vociferacione impedire, vt constat, nam statim parochiani accepterunt, & latronem ab quo difficultate interfecerunt. Ex nullo ergo tenore constat ex occidione ob defensionem rerum temporalium contingentem cum moderatione inculpatetur tunc irregularitate induci. Ad argumentum ex ratione peccatum respondeo hanc irregularitatem non induci ob defectum tantum, sed in paenam delicti, quia sola ea irregularitas qua à ministris iustitia, & à militibus conturbatur imposita est ob defensum perfecta significatio.

Ex sicutis colliguntur in omnibus his casibus, in quibus licet agressorem interficeret, irregularitatem locum non esse. Quapropter cum communis sententia defendat ob defendendam patriam, bonaque communia, propriam Ecclesiam, confanguineos, quinimum extraneos innocentes, licetum esse aggressorem interficere, si alia via aggressio aucti neque sit, efficiunt sane nullam inde irregularitatem contrahit. Quid docuit Couarrua. Clement. si furiosus. p. 5. vniuersitatis. num. 5. Sua. disp. 46. sect. 3. num. 2. Filliue. tract. 20. num. 106. Sua. vniuersitatis. num. 1. Bonacina. p. 6. num. 11. Coninch. Galp. Hurtado & alii locis citatis.

Est tamen maxime aduertendum irregularitatem contractam ex excessu defensionis vite, honoris, vel bonorum temporalium non esse nucupandam irregularitatem ex homicidio voluntario, sed cauili, etiam ex excessu ut ex proprie & calore pugnae, immo etiam qui iam fugientem profecuntur & occidat, ut recte notavit Nauarr. cap. 27. num. 24. & conf. 3. 6. de homicidio edit. 2. Henr. lib. 14. cap. 19. num. 3. Sua. disp. 46. sect. 1. num. 13. in fine. Aulia 7. p. disp. 6. f. 15. dub. 5. Paul. Layman. lib. 3. sect. 5. tract. 3. p. 3. cap. 12. aff. 1. Galp. Hurtado de irregular. disp. 20. num. 66. Et colliguntur Coic. Trident. sess. 14. cap. 7. de reformat. vbi homicidium voluntarium definit esse, quod fit ex proprie, & ex industria. Hoc autem homicidium cum ex rixa originem duixerit, & illa durante factum fuerit casu contingere censendum est; id est pena ordinaria hoc homicidium non puniatur, vi optimè probat Couarrua. 3. p. Clem. si furiosus. §. vniuersitatis. num. 3.

P V N C I V M X VI.

De irregularitate contracta ob iterat. onem baptisimi.

- Ministrans ex officio rebaptizanti, irregularis est.
- Rebaptizatio occultaria irregularitatem inducit ex communis sententia.
- Contrarium non videtur improbabile, scilicet requiri delictum publicum esse.
- Non est locus huic irregularitati, si rebaptizat, quem credat baptizatum non esse.
- Vetus est ut non fore irregulariter rebaptizando sub conditione, est temere, & absque villa premissa diligenter rebaptizat.
- Qui se culpabiliter rehabaptizari permisit, irregularis est.
- Aliqui affirmant ignorantes hanc irregularitatem contractare.
- Communior sententia hos ab hac irregularitate excusat.
- Satis oppositis.
- Eadem irregularitatem incurrunt libere, & absque organi necessitate baptizatum ab hereticis declaratis suscipiantur.
- Qualiter differentes baptismum, quousque periculum minus habeant, irregularis sint.
- Pro iteratione alterum Sacramentorum imprimentum charaderunt, aliqui existimant eandem irregularitatem contrahit.
- Verius est oppositum.
- In hac irregularitate si delictum secretum sit, poterit Episcopus dispensare.

Cerum est ministrantem ex officio ei qui rebaptizant. Irregulariter ex capitulo ex litterarum 2. ds Apollon. Quae irregularitas non est abolita, & totalis, cum non prius vbi, & exercito ordinis habitu. Sed solùm ascensu ad superiores ordines, vt ex ipso capitulo ex litterarum conflat, & aduentus Suar. 1. 3. in 3. p. disp. 31. sect. 6. vers. sed hoc. Bonac. de irregular. disp. 7. 9. 3. p. 3. num. 3. 1. & 7. Layman. lib. 3. tract. 1. par. 5. cap. 2. n. 1. Coninch. disp. 18. dub. 5. n. 34. & lego. Galp. Hurtado de irregular. disp. 2. diff. 1. Hanc irregularitatem praedicti Doctores extendunt ex communis omnium sententia ad rebaptizantem; eo quod minister rebaptizans irregularitas indicabit, quia rebaptizatione cooperatus. Tamen ergo supponitur praestanti rebaptizationem irregularitatem indicabit esse. Sicuti præter supradictos Doctores docent Nauarr. c. 27. n. 246. Henr. lib. 2. c. 31. n. 1. & lib. 14. n. 4. Aulia 7. p. de irregular. disp. 7. dub. 1. sed